

1573 die 7. Mai

Ex missa Bibl. Pal. N. 364. 9

Litterae
 ab Electoribus Imperii Romani,
 ad Ordines Regni Poloniae & M.
 Ducatus Sithvaniae, cum infra
 „ scripta legatione, ad Comi-
 „ tia Electionis Regis-
 missae. 9

66

Litterae
 ab Archiepiscopo Moguntinensi. 9

Daniel, Dei Gratia, Archiepiscopus Moguntinensis
 „ ac Princeps Elector, &c. 9

Reverendi in Christo Patres, Illustres ac Generosi Viri;
 Amici & Sincere Nobis dilecti. 9 Cum ad nos perlatum
 est a Communibus Regni Poloniae Statibus, publica ad novi Re-
 gis isthic Electionem, circa Dominicam Misericordiae Domini,
 indicta esse Comitia, nostrarum partium esse Duximus, propterea
 quae Sacro Romano Imperio cum Regno Poloniae intercedere me-
 „ minimus, Vicinitatis & Societatis Juris, fideles Nobis dilectos,
 Melchiorum de Praitenbach Vice Dominum Civitatis nrae &
 furter & Georgium Olandum J. U. Doctorem, Consiliarios nros
 hinc ablegare, qui ea, quae ad Conservationem comunis utriusq;
 necessitudinis, in hujusmodi a Vobis instituto actu spectare
 arbitraremur, ex nobis ad Vos deferrent, quos benigne audiri,
 eis ut nobis Ipsis fidem haberi, negotiiq; praestantiam, qm
 comendatissimam sibi esse, a Vobis unice & amice petimus, a
 „ Deo, ut hanc nram legationem, apud Vos non parvi ponderis
 fuisse propediem solido gaudio gaudere nobis, cum multis aliis
 vna nationi bene cupientibus liceat. ad quod cum comunem

Utri-
 9

usq[ue] nationis utilitatem, perpetuamq[ue] concordiam id contingere
re omnino existimamus, Vos, Vestra etiam sponte, propen-
sus credimus futuros. Quantum ad nostram personam pertinet,
Vobis de ea certo polliceri poteritis, quae ad dignitatem, omni-
am Orum salutem, Utilitatem, totiusq[ue] Regni & Coloniae & Uni-
cuique inde oriundo spectare intelligemus, ea nos pro nostris vi-
ribus vicissim libenter promoturos, Deo interdum Optimo ma-
ximo Vos, conatus & consilia Vra commendantem. &
Ex Oppido nostro Aschaffenburgensi, Septima Martii Anno
a nativitate Christi, M.D. LXXIII.

Daniel, Archiepiscopus Moguntinensis.